ADDITAMENTA

AD TRACTATVM *DE* SVBHASTATIONE

LVDOVICI POSTII I. V. C. PERVSINI,

Jam Prouinciæ Marchiæ Locumtenentis, & deinde illius Rotæ, ac Rotæ Bononienſis Auditoris, & modo Eminentiſs. D. D. Ioannis Baptiſtæ Spadæ Card. S. Suſannæ Ferrariæ Legati ad Ciuilia Locumtenentis ab eodem edita;

VNA CVM ALIIS NOVIS

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ DECISIONIBVS

Amplius non impreſsis, quæ cum primis aſcendunt ad num. CCXLVIII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

GENEVÆ,

Sumptibus Samuelis Chouët.

M. DC. LVI.

ILLVSTRISSIMO, ATQVE

Excellentiſſimo Vtriuſque Iuris

COLLEGIO PERVSINO

IOAN. FRAN. POSTIVS

Obſeruantiſsimus Seruus

F E L I C I T A T E M.

QVAM olim Sapientiæ Lauream, Doctiſſimi Patres, immeritum licet caput ab humaniſſimis dexteris accepit, quoties intueor, non tam mihi ſpecioſiſſimum gratulor decus, quam memorem tanti muneris frontem ſummus pudor obducit, quod nullum adhuc ingenij ſpecimen Sapiētiſſimæ dederim Matri, cuius puriſsimæ alimoniæ; Si quid vnquā roboris infirmiſsima mens habuerit, referendum, vt & tenuis riuus ſuo fonti reddatur, & nitidiſſimum lucis Patrem, qualiſcunque radius adoret. Itaque, cum Ludouicus Poſtius, quem natura auunculum, arrogationis iure dilectiſsimum Patrem ſortitus auſpicatam non ſemel in lucem prodij, de Subhaſtatione Volumini, prope enim præcipiti curſu grauiſsimis alioqui rebus feſtinauerat manus, elaborata Additamenta congeſſerit, quorum maximam in partem veni, non minima in præſens opus collata opera, libentiſsimis eiuſdem votis eruditiſsimo ferēda Senatui operæ pretium duxi, vt addictiſsimus vtriuſque animus non immemorem tantæ Curiæ ſe proderet, & debitæ tandem Patriç, exiguum licet, obſeruantiæ vectigal accederet. Quapropter certiſsimam in ſpem ducor, breuiſsimum licet opus humaniſsimis oculis perluſtrandum; quid enim detrahitur peritæ Opificis arti, ſi arctiſsimis in limitibus admirandam prodat induſtriam, quæ olim Apellem, vel tenuiſsimæ lineæ ductu Protogeni æque ac Poſteris omnibus commendauit? Paruitatem Operis veſtra magnitudo rependet. Quaſcunque non admittit anguſtias, quid quid maximum amoris ingenium ſatis nouerit explicare; ampliſsimum ſibi apud omnes ſpopondit pretium, ſi

ADDITAMENTA AD TRACTATVM DE SVBHASTATIONE LVDOVICI POSTII

I. V. C. Peruſini.

PARS SECVNDA.

ADDITIO AD INSP. I.

SVMMARIA.

1 *Antonius Niger reprobatur.*
2 *Subhaſtatio ad effectum ſoluendi creditoribus quando fieri dicatur.*
3 *Executorum munus eſt mandata, & Iudicum ſententias exequi.*
4 *Executores qui dicantur de Iure Ciuili, & de Iure Canonico, & num. 5.*
6 *Executores alij ſunt iuris, alij facti, & iuris, vel ſunt mixti, vel meri, & n. 7.*
8 *Executor merus facti qui ſit.*

3 NVMERO 3 *poſt verb. c. 1. n. 18.* Quem † in contrarium ſenſum, & male, vt arbitror, percepit, & ſecutus fuit *Ant. Nig. de ſubhaſtat. lib. 1. in proœm. num. 9.*

2 *Num. 36. poſt verb. q. 1. num. 3.* Quod † fieri dicitur, quando diſtrahit apparitor Iudicis nomine debitoris, imperante Iudice, & creditore requirente, *Anton. Fab. de error. pragmat. tom. 1. decad. 1. err. 6. n. 5.*

3 *Num. 52. in fin.* Quorum † munus eſt mandata, & Iudicum ſententias exequi, & ad finem perducere, *Ant. Nig. de excep. cap. 12. § nu. 1. & 2.*
4 † Dicunturque de Iure Ciuili Executores negotiorum Viatores, & Apparitores, qui iuſſu Magiſtratus reos in ius vocant, & reliqua peragunt, quæ ad iudicium conſtituendum, exercendum, & perficiendum ſunt neceſſaria, vel opportuna, *Ant. Nig. loco cit. num. 3.* † Sed de Iure Canonico
5 ſub Executoris nomine cõtinetur etiam Iudex, qui ſuis Apparitoribus ſeu armata familia Superiorum ſuorum mandata, vel partium, & etiam Inferiorum ſententias requiſitus executioni
6 mandat, *Ant. Nig. ibid. num. 4.* Vnde † Executores alij ſunt iuris, alij facti, ſecundum *Ant. Nig. loc. cit. num. 5.* Et † qui ſunt iuris, vel ſunt mixti 7
vel meri, vt per eumd. *Nigr. ibid. num. 6. & ſeqq.*
† Merus etiam eſt Executor facti, cui poſt latam 8
ſententiam, & poſt integram cauſæ cognitionem ſuper omnibus exceptionibus, & illis diſcuſſis, committit Iudex nudam executionem rei, vt in commiſſione, quæ fit Nuncio, ſeu Aguzerio, & ſeruienti Curiæ, *Thom. Carleual. de Iudic. tom. 1. tit. 3. diſp. 17. ſub n. 9.*

N. 68. in fin. & idem tradit *Fontan. dec. 437. nu. 19. tom. 2.*

ADDITIO AD INSP. II.

SVMMARIVM.

1 *Subhaſtatio regulariter non probat vtilitatem.*

NVm. 1. *in fin. poſt verb. num. 1. & ſeqq. Thom. de tut. & curat. tit. 19. cap. 7. num. 225. verſ. 1. ſub ampl. Merlin. de pignor. lib. 4. quæſt. 106. num. 3. Thom. Carleual. de Iudic. tom. 2. titul. 3. diſput. 1. ſub num. 9.*

Num. 3. in fin. Thom. loc. cit. & fuit aliquando in practica ſeruatum, vt refert *Rot. recent. par. 7. dec. 22. num. 10.*

Num. 6. in fin. Thom. de tut. & curat. d. tit. 19. c. 7. n. 225. verſ. 1. ſub ampl.

Num. 14. in fin. Vincent. Grilenzon. conſil. 158. num. 13. Ioann. Bapt. de Thor. in comp. deciſ. Neap. part. 1. in verb. ſubhaſtatio, vbi, quod ita ſeruatur in Regno.

Num. 17. in fin. Quamuis † regulariter ſubha- 1
ſtatio non probet vtilitatem, *l. ſi quis, Cod. de reſcind. vend. Vincent. Grilenzon. conſ. 158. num. 34. & 36.*

DECISIONES
SACRÆ ROTÆ
ROMANÆ

Additæ ad Tractatum

DE

SVBHASTATIONE
LVDOVICI POSTII
I. V. C. PERVSINI,

Quæ in Additionibus eiuſdem referuntur alibi non Impreſſa.



GENEVÆ,
Sumptibus Samuelis Chouët.

M. DC. LVI.